



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 2. Celebratur Christi passio cum lacrymis, & non Martyrum: horum etenim vt transacta, illius verò vt præsens attenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

quem producat effectum, oportet ut sit præ-  
sens: etenim quod non est, non operatur. My-  
sterium hoc est Theologicæ, quod expedit ipsi  
Doctores in scholis relinquamus executionem:  
qui non tantum hærent in eius assertionem,  
quod hoc ita sit, quantum in declarando mo-  
dum, quod præsens sit hæc sacrosancta Domini  
passio, cum Christus ipse vivat & regnet in  
celo gloriosus.

VIII. Communis eorum opinio habet, quod præ-  
sens sit in SS. Sacramentis, quæ Christus inhiat  
sui sapientiæ, & omnipotenti virtute instituit,  
velut rafa quædam & miranda tabernacula, in  
quibus tota hæc conferuatur ut tibi applicetur  
in particulari, & alteri, ac tertio, ad reme-  
dium & animæ salutem: quando baptizatis, re-  
mittendo peccatum originale, & Patre æterno  
te ad suam gratiam recipiente, cum ante filius  
esset ire & perditionis. Quando te Confessarij  
absoluit Sacramento penitentia absoluit in-  
quam a peccatis, quibus optimum illum Patrem  
contumax offendisti, eius discedens domo,  
gratias illius dona dilapidans tibi ab illo con-  
cessa, & diabolo percarus adhæsis: præsertim  
vires in SS. Altaris Sacramento. Per hoc de-  
clarat D. Ambrosius, qua ratione verè dicatur, vi-  
tulum occidi saginatum, quotiescumque quilibet  
peccator iustificatur. Hæc eius sunt verba:  
*Sicut enim semel Christus pro omnibus immolatus  
est, ita quotiescumque peccata donantur, corporis  
eius sacramentum sumimus, ut per sanguinem  
eius sint remissa peccatorum.*

§. 2. Celebratur Christi passio cum lacry-  
mis, & non Martyrum: horum etenim ut  
transacta, illius verò ut præsens attendi-  
tur.

Hæc doctrina colligit D. Leo Papa re-  
sponsum interrogationis à quibusdam obie-  
ctæ. Cur celebrat Ecclesia passionem mor-  
tentis Domini cum lacrymis, & lactu tristiori,  
si iam passus sit, eumque gloria suæ resurrectio-  
nis secuta sit, quæ de sepulchro surrexit glorio-  
sus, nunquam amplius quidquam passurus, aut  
ultra moriturus. Ipse pridie mortis suæ in ipsa  
septima nocte præmouit Apostolos suos simi-  
litudine mulieris parientis in hæc verba. *Mu-  
lier tuus parit tristitiam habet, quia venit hora  
eius: Cum autem peperit puerum iam non memi-  
nit tristitiam propter gaudium, quia natus est homo  
à matre sua.* Per hoc intelligimus quod Ecclesia

non horretur ad lacrymas & plandum in  
SS. Martyrum crudelissimis tormentis, quibus  
pro fide Christi constantissimè occubuerunt:  
quamvis enim quando patiebantur, spectatores  
dolore & tristitia afficerentur, nunc tamen, enim  
sunt gloriosi, dum eos in statu consideramus  
gaudii repleto, & felicissimo, non eis dolentes  
compatimur, quinimo eorum triumphis applau-  
dentes gloriamur, victoriis exultamus, & coro-  
nas eorum læti celebramus illustriores; juxta  
Apostolicum institutum. *Si quid patitur unum  
membrum, compatiantur omnia membra: sicut  
gloriantur unum membrum, congaudent omnia  
membra.* Unde in ipsis diebus, quibus de marty-  
riis eorum, morteque crudelissima celebratur  
memoria, necdum non lacrymas fundimus, aut  
luctum edimus: imo potius gaudij tripudiamus,  
& cantamus alacriter. *Gaudemus omnes in  
Domino diem festum celebrantes, &c. De cuius  
passione gaudent Angeli, &c.*

Cur igitur ob passionem Domini nobis est  
dolendum, contristandum & lugendum? quod  
plorant, & pectus illis mæore solueretur qui  
præsentem aduerunt, ei morienti compatientes,  
tot tamque acerbis cruciatibus expiranti, qui  
speciosus forma præ filiis hominum omnibus  
erat gratissimus, ipsi cæciculis Angelis fan-  
dior, ipsa vitæ dignior illis omnibus, qui in  
mundo, vitæ potiebantur, non est cur mire-  
mur: imo mirabile foret tale suis oculis videre  
spectaculum, & eor dolere non distindi: quan-  
doquidem tales fuerint patientis cruciatus, ut  
sol ipse pullum induerit colorem, cæli sint ob-  
tenebrati, terra motibus insolis contremue-  
rit, lapides præ dolore durissimi dissilierint:  
imo & plures de seuioribus eius inimicis in se  
reueris pectora sua geminato verberare tude-  
rint. Si quando patitur unum membrum, ex-  
tera omnia dolorem sentiant, quid futurum  
dum caput acutis adeo torquetur molestiis?  
Itaque conueniens maximè fuit, ut tunc Chri-  
sto patiente lugeret, & totus præ dolore mun-  
das dirumperetur. Verumtamen nunc, iam  
transacta passione, ipso glorioso, & triumphan-  
te, cum eum videmus propter passionem & mor-  
tis ignominiam gloria & honore coronatum,  
exaltatum super sidera, nomine super omne no-  
men glorioso decoratum, cui pronum flectitur  
omne genu, cur lacrymemur, doleamus & pe-  
lora tundamus? Si glorificato vno membro,  
reliquis glorificentur, quantum magis si caput ip-  
sum glorificetur?

Hæc et ratio est, (respondet D. Leo Ponti-  
fex)

115

I. Martyres sibi tantum lucrati sunt.

1. Cor. 4. 27.

II. Christi vero mors omnibus profuit.

D. Leo Serm. 12. de Passio Domini.

quia magnum intercedit discrimen inter passionem mortemque Martyrum, & passionem mortemque Saluatoris: ipsa namque eorum passio etiam ipsi est singularis: quamvis enim ceteris nobis exempla preceant virtutum (nobisque prodesse possint in ratione satisfactoris eo modo quo Theologi declarant agentes de thesauro Ecclesie) verumtamen quod per illum effecerunt, & meruerunt, illis ipsi hoc celsis in augmentum gratie, & sibi solis merentur, & gloriam operabantur: omneque illud Apostoli sibi poterant usurpare. *Quod momentaneum & leue est tribulationis nostre, supra modum in sublimitate eternam gloriae operatur in nobis:* Porro mors Christi eiusque sacrosancta passio, mors erat & passio universalis, quae quantum est ex se operatur in nobis omnibus diuinam gratiam, charismata Spiritus Sancti remissionem peccatorum, eternamque beatitudinem. Illa operata est in Apostolis charitatem, in Martyribus fortitudinem, in doctoribus sapientiam, in Confessoribus sanctitatem, Penitentibus scelus indulgentiam, & eternam in beatis felicitatem. *Acceperunt iusti, aduerso carnis & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientia, non dona iustitia: singulares quippe in singulis mores fuerunt, nec alterius quam debitum suo funere soluit: cum inter filios hominum solus Dominus noster Iesus Christus extiterit, in quo omnes crucifixer, omnes mori, omnes sepulsi, omnes otiani sunt succitati.* Ex hac doctrina discas oportet, quod quando nunc te conuertis ad Dominum, peccata tua peccatoris confiteris, ab eis te Confessarius absoluit, quotiescumque criminum tuorum obtines remissionem, te Deus ad Diuinam suae gratiae admittit dignitatem sibi realiter & vere concurrat mors & Passio Redemptoris: nam eo huc reliquit illam in SS. Sacramentis aliisque modis reseruatam, quos explicat Theologi, & tibi in singulari nunc ita verè & realiter applicatur, ac si nunc actualiter & verè Christus pateretur, affigeretur, crucem baiularet, flagellis toto corpore caederetur, caput eius sanctissimum durissimis perfoederetur, ac terebraretur spinis, torum suum de venis effunderet sanguinem, & fons fieret cruoris abundans tibi in singulari laetum. Hoc autem tibi significauit, dicens quod in tua iustificatione realiter vitulus occidatur faginatus, & hoc non semel tantum, sed centies & millies, imo centies millies, toties quoties tua crimina confiteris, & quot tibi sunt peccata, quorum luctibus indulgentiam.

Hinc ut reor elici potest elegantissima ratio eius quod toties repetimus ex Apostolo Paulo de peccatoribus, quod rursus peccatis suis Christum crucifigant, & e cruce suspensum diris torqueant cruciatibus. *Rursum crucifigant sibi metipsis filium Dei, & ostentus habentis. Etenim ad cuiuslibet peccati mortalis remedium, eiusque remissionem, reditum ad gratiam Deique amicitiam, ita verè mors interuenit & Passio Saluatoris, ac si actualiter pateretur, crucifigeretur, & moreretur.* Hoc vnum ceteris multo profundius est redemptionis mysterium, Hoc vnum quod sua Christus eminenti operatus est Passio. *Stupescens* ne, adeo sublime, & excelsum, ut perfectè in die hac non possit vita comprehendere: eritque vnum diu ex illis quod nos in altera quando peripitit illud videbimus, stupore parcellet. Hoc vnum saltem erit, quod singulariter Dominus in die iudicii reprobis proponet, ad supernam & intolerabilem reprobatorum confusionem, & excellentissimam laudis perpetuae materiam electis: etenim de hoc arbitror intelligi posse verba vatis Osee: *Pa. 94. 1. uebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo diebus.* Verbum hoc *pauebunt* emphaticum est apud Hebraeos, significat enim timere, perterreri, haerere attonitum, & quasi sensibus absorptum. Legit D. August. cum Septuaginta *Stupescens*: Stupore nimio & horrore ineffabili adstant in die iudicii, quando Deus manifestet, & seipsum, & quod in se bonum est reuelabit. *Ad Dominum & ad bonum eius.* Dies ultimus iudicio dedicabitur. Dies hic, interpretare Apollidus, dies erit manifestationis, reuelationis & detectionis. *Die reuelationis iusti iudicij Dei.* Possumus autem seipsum Christus reuelabit: venit etenim cum potestate magna & maiestate, ut ipse praedicat, similiter & bonum suum manifestabit. *Ad bonum eius.* Quale est hoc suum bonum, nisi passio mortisque sanctissima? De hac opinatur aliqui eum dixisse Moysi, dum Mihius quandam ostendere vult imaginem in humeris suis, *Ostendam tibi omne bonum.* Ibi bonum hoc ostendit, ut distinctè videant omnes quod pro salute eorum operatus sit in cruce mortuus: quod eum viderint, stupore consternati haerent omnes & velut extatici, quasi singuli interrogabunt: Fieri ne potuit, ut ista Deo mei gratia fecerit? Talia pertulerit innocens tormenta, & amarum adeo gustauerit mortem, ut mihi vitam largiretur, gratiam diuinam & eternam compararet beatitudinem? *Quis credat tantam eius erga me fuisse bonitatem, & misericordiam? Quis hoc sibi persuadeat, quod hoc*

hoc modo pati voluerit, quò pariter dispo-  
neret, ut semper pateretur: mors eius & passio, con-  
fermata de referata mihi ad salutem, ac si non  
semel, non bis, sed decies millicies eandem pro  
me in singulari pateretur? An plura pro me fa-  
cere potuit eius omnipotentia? An passio illius  
plis in meum proprium ac singulare beneficium  
inque utilitatem valuit operari? Hinc in electis  
perpetue laudis oritur occasio, quæ de visceri-  
bus cordis eorum incessanter grata profiliet sa-  
pe sapientium illud repetendo, quod D.  
Ioannes audiuit in cælo ab eis illi decantari:  
*Veni mihi nos Domine Deus in sanguine tuo. Di-  
gnus es Agnus, qui occisus es, accipere virtutem,  
& fortitudinem & diuinitatem, &c.*

Contra verò reprobi furiose rabido in seip-  
sos exardescunt, suamque execrabuntur peri-  
cacia, euidenter cognoscetes, quam iusto inant  
supplicio, & quam merito flammis abdicantur  
sempiternis, nec non omnes creaturæ, ac inferni  
ecodæmones cum omnibus tormentis, ignibus,  
excubiis in eos exardescant toraque rabie fo-  
rantur, qui tantam neglexerunt, imò contempse-  
rant gratiam, tantam aspernati sunt obdurati  
misericordiam, innocentem hunc calcârunt san-  
guinem, tan acriter & inhumane eum offende-  
re, atque in eum insurgere veriti non sunt, à quo  
boni ac misericordis cumulati non poterant  
emancipari. Hic omniis liquido patebit,  
quàm merito culpabilis fuerit eorum negligen-  
tia, cum enim Dominus hic nectum in eorum  
salutem seculari hoc dilectissimum Passionis suæ  
clemens, sed illum insuper ita sibi præsentem  
summerit, ac si semper eam pro singulari in par-  
ticulari toleraret, & quasi crucifixus cum extre-  
mus mortis inlaretur doloribus, ac spectante  
vnoquoque eorum, sanguinem suum effunderet  
periclitum: scordes hinc non attenderunt, ad  
eius obduratæ de clamores, aures gemitibus eius  
occluserunt, dolores, promissa vilipenderunt,  
peritiam ita ineffabile nocet habuerunt, terga  
vertente illi peritioses, qui brachijs eos aper-  
tis longanimitas exspectabat. Hic luce clariùs  
quicque magnitudinem huius capiet beneficii, &  
qualiter pro singulari fuerit collatum: insuper  
quantam quisque illi gratitudinem debeat, eam-  
que adeo perfectam, ac si in eius solius gratiam  
fuisse hoc operatus.

§. 3. Mortem Christum pro te percutit in  
particulari; ut autem illum pro te in sin-  
gulari offerret, suscepit in hostium oratu-  
rus.

**H**oc idem facilius intelligitur insidendo  
ei quod ex D. Ambrosio copiosius ex-  
penderet: dum enim Pater ille benignissi-  
mus in gratiam recepit filium illum opum pro-  
digium paternarum, impudicitie omnis & lu-  
xuriae turpissimum volutabrum: uedum decre-  
uit ut vitulus occideretur saginatus, sed insuper  
ad mensam hic proferretur comedendus: *Occidit  
vitulum saginatum, &c. & epulemur*: quò no-  
bis Dominus innuit, quòd quatenus nos sibi re-  
conciliaret, commissa in se remitteret peccata,  
ad suam admittet gratiam, uedum decreuerit,  
ut Christi mors interueniat, per quam nos re-  
conciliat: *Reconciliati sumus Deo per mortem fi-  
lij eius*: Sed etiam illum in Venerabili Sacra-  
mento comedamus: quatenus præter ineffabilia  
beneficia, quæ recipimus: & diuinos effectus  
quos in nobis operatur, hinc magnitudinem in-  
telligamus beneficii, quòd nobis omnibus con-  
tulit, & singulari per mortem suam & passionem.  
Instituit Christus hoc sanctissimum Sacramen-  
tum in memoriam ineffabilis beneficii, quò nos  
per ipsum affecit: nam ex illo cognoscetes, quàm  
ardenter voluerit ut illius perpetuum gereremus  
memoriam: quandoquidem tam mirabile, & ex-  
tera eius superans opera, fuerit hoc Sacramen-  
tum quòd nobis reliquit, in immortalē passio-  
nis suæ, mortisque recordationem: quòd ipsum  
Dominus asseruit: *Hæc quotiescumque feceritis  
in mei memoriam facietis*. Ex quo D. Paulus con-  
cludit hanc propositionem & exhortationem: *24.  
Quotiescumque manducalitis panem hunc & ca-  
licem bibetis, mortem Domini annuntialitis*. Ver-  
bis paucis complexus est hoc D. Thom. *Osa-  
erum Communium in quo Christus sumitur, reco-  
llitur memoria Passioni eius*.  
In hoc admirabili Sacramento, quamuis, ca-  
nente David, omnia Dei comprehendantur mi-  
rabilia, tamen vnum Reperimus singulare: quòd Singula-  
eo modo hoc ordinauerit in beneficium omni-  
bus in communi, ut etiam hoc sic in particulari dam con-  
diderit vnicuique: ac si pro illo solo fuisset ditio ve-  
nistrum. Sic totum omnibus, quòd totum sin-  
gulis. At præfatus S. Doct. prærogatiuam quadam Sacra-  
gratiæ ad eius explicationem illustratus. Sic se acuti-  
res habet; etiam si tantum ac præcisè hoc tui-  
gratia

7  
L. 1. do  
cap. 3.  
Rom. 5.10

Luc. 22.19  
1. Cor. 10.16

Pf. 116. 1.

